Quelle: http://manuscripta.at/?ID=912
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



disti. Pars enim maxima huius congregationis infra breue tempus
colligetur ad dominum ut ab ipso prefixum ac preordinatum est. Sed nunc propter hoc
ipse ut asseruit de aliquo istorum modicum triumphabit. Tuis enim
admonitionibus exortationibusque instructi. paratus unusquisque uoca
tionis sue diem expectabit gaudens. Quos cum omnes qui moder
no obibunt tempore te premiseris. felix ut promeruisti felicior
subsequeris. His dictis. uisio angeli astantis ac colloquentis
ablata est. Sanctus autem domini facto mane. omni congregationi cuncta
que uiderat per ordinem enarrauit. · XXVI ·

De inde paterna erga eos usus sollicitudine.
taliter illos est allocutus. De his que serui dominum
uelle cognouerunt. si aliquomodo tristari ceperunt. uolunta
ti domini contraire ipsa uidentur tristicia. Et ideo quia ipse morta
libus terminum faciende istius posuit. uite qui preteriri a nullo
natorum ualet. sed ex eo quod primis hominibus mortem minatus est. ita eius
in hac irreuocabili permanet sententia. nos quibus quo uoluit
ordine. dies huius uite in proximo finiendos esse patefecit.
maculas commissorum facinorum lacrimis penitentie et macera
tione tergamus corporis. et sic propheta admonet scrutantes
sollicite uias. ac opera nostra preueniamus faciem domini in confessione.
ut atria superne ciuitatis in ymnis ualeamus intrare confessio
num. eiusque claritatem cum omnibus sanctis reuelata facie. perpetuo con
templari digni inueniamur. Et quia dilectissimi fratres nunc
tempus adesse cognouimus ut incipiat iudicium de domo domini.